Ros Dok Rostocker Dokumentenserver

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Rudolph Redecker

# Rector Universitatis Rostochiensis Heinricus Rudolphus Redeker/ I.U.D. ... Ad exequias, quas Matronae ... Elisabethae Hahnen/ Vir ... Dn. Adolph Fridricus von Hagen/ ICtus Clariss. & Advocatus celeberrimus, nunc viduus moestissimus, in aede D. Mariae sacra, hoc die, hora 1. post meridiem, paratas cupit, Omnes Cives Academicos, omnesq[ue] literatos ... invitat

Rostochii: Kilius, [1667]

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777523965

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Redeker, H. R.,

in E. Hahn,

uxor. A. F. v. Hagen.

Rostock, 1667.

8.

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777523965/phys_0001

DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777523965/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn777523965/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777523965/phys_0004
DFG

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

# HEINRICUS RU-
# DOLPHUS Redeker/

J.U.D. P.P. Sereniſs. Ducis Mechl. Conſil.
Conſiſtorii Ducalis Aſſeſſor,

Ad exequias,

quas

*Matronæ Nobiliſſimæ*

# ELISABETHÆ
# Hähnen/

VIR

*Nobiliſſimus, Ampliſſimus & Conſultiſſimus*

# DN. ADOLPHFRID-
# RICUS von Hagen/

JCtus Clariſs. & Advocatus celeberrimus,
nunc viduus mœſtiſſimus,

*in æde D. Mariæ ſacrâ, hoc die, hora I. poſt meridiem,*

paratas cupit,

Omnes Cives Academicos, omnesq; literatos & literarum fautores officioſe & peramanter invitat.

---

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777523965/phys_0005
DFG

# Salutem!

DIu vivere, nihil aliud eſſe quàm diu torqueri, & cito ex hâc vitâ diſcedere, nihil aliud eſſe, quam optatum ſecuritatis portum attingere, apud omnes, ſive Gentiles ſint, ſive Chriſtiani, in confeſſo eſt. Sed longè beatior horum opinio eſt, qui, ex ſacris literis edocti, propter futuræ reſurrectionis & æternæ vitæ ſpem, mortem magis exoptant, quàm metuunt. Prudentiores Gentilium, quos inter Ann: Seneca non ultimum ſibi vindicat locum, mortem ideò exoptandam putant, quia omnium miſeriarum finis eſt. Chriſtiani autem, qui non ore tantùm ſe Chriſtianos profitentur eſſe, ſed verâ fide indubitato verbo Dei credunt, ideò nec fugiunt, nec exhorreſcunt mortem, quia per hanc ad æternam & nunquam intermorituram, nulliſq; difficultatibus aut calamitatibus expoſitam, felicitatem perducuntur. Adeoq; mortem non tantùm omnium malorum terminum judicant, verùm inſuper glorioſæ vitæ principium ponunt. Hinc Divus Gregor: hujus & illius vitæ diverſam expendens rationem, hoc omnibus ſolatii inculcat: *In æternâ vitâ nullum habebimus adverſarium, nullum metuemus inimicum, cum abſorbebitur mors in victoriâ, cum illa noviſſima inimica deſtruetur, mors, cum immutati fuerimus, & æquales Angelis effecti. Modo enim nihil quietis aut ſecuritatis invenire poſſumus.*

*latum eſt,*

*dum adhuc in nobis ipſis ingemiſcimus, expectantes redemtionem corporis noſtri. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc nulla erit diabolicæ fraudis impugnatio, nulla infidelis populi impietas, omnibus ita pacatis & compoſitis, ut in tabernaculis juſtorum ſola audiatur vox exultationis & ſalutis. Ibi ſancti ſine fine laudabunt DEUM: & in lumine claritatis ejus exultabunt: cives effecti illius civitatis, quæ libera eſt, & æterna in cœlis. Quam non obſcurant tenebræ, non obumbrat nox, non conſummat vetuſtas, non in ea rutilat lumen ſolis, aut lunæ ſplendor, aut ſtellarum jubar: non ibi lucerna quæritur, non lampas accenditur, non lychnus aptatur. Claritas quippe divina eum illuminat, ſol clarificat juſtitiæ, lux vera illuſtrat:* & paulò poſt: *Ibi eſt lux ſine defectu, gaudium ſine gemitu, deſiderium ſine pœnâ, amor ſine triſtitiâ, ſatietas ſine faſtidio, ſoſpitas ſine vitio, vita ſine morte, ſalus ſine languore.* Nulla equidem in hâc vitâ felicitas, nulla vera ſalus, nulla conſtans incolumitas, ſed uti omnia in orbem volvuntur, ita cottidie innumera nos circumſtant mala, & continuæ vitam ipſam comitantur miſeriæ, usq; dum ex hâc ærumnoſâ ſtatione ſummus vitæ Arbiter nos evocaverit, & æternâ felicitate donaverit. Adeoq; vita hæc, ſi modo rectè perpendatur, nihil aliud eſt, quàm mare quoddam, in quo fluctus vehementisſimi, & tempeſtates gravisſimæ. Dies proinde hujus vitæ extremus neutiquam eſt formidandus, ſed tanquam æternæ vitæ natalis calidisſimis votis amplectendus. Sive enim quis in illuſtri poſitus ſit dignitatis apice, ſive mediæ ſit conditionis, ſive etiam in ſordido latitet tugurio, fateri cogitur nihil ab omni parte beatum, ſed humana omnia nil niſi jactationes & fluctus eſſe; in quibus nihil firmum, niſi ad futuram beatitudinis anchoram alligentur. Hanc vitæ, vel potius miſeriæ humanæ fabulam abſolvit, & ad felicitatis æternæ portum devenit, cui hodiè ſupremum humanitatis officium perſolvendum eſt, *Matrona Nobiliſſ: & Clariſſima* ELISABETHA Hahnen. *Hæc ipſa, ut ejus originem & vitæ peractæ conditionem, prout nobis relatum eſt,*

latum eſt, in ejus laudem exponamus, nata eſt Anno 1598. 24. Aug. Patre BERNHARDO Hanen/ Patritio Roſtoch. Matre ELISABETHA Clingen/ pòſt ſacro fonte abluta renataq́. Avus Paternus fuit JOACHIMUS Hane/ Senator Roſt. Avia Paterna ELISABETHA SMIDIA. Avus maternus BARTHOLOMÆUS Cling/ JCtus & Prof. Acad. hujus Cl. Conſiſtorii Ducalis Aſſeſſor & Conſiliarius Mechl. Avia Materna MARGARETA CRONIA. Proavus paternus unus BERNHARD Hane/ Civ. Roſtoch. Proavus paternus alter BALTHASAR Schmidt/ Civis primum Roſtoch. poſt Wiſmar; cujus pater fuit BRANDANUS Schmidt/ Conſ. Wiſmar. per 40. Annos, mortuus hic Anno 1531. poſtquam Wiſmaria huc ante undecenniū ob inteſtina diſſidia ſe contuliſſet: mater AGNES GROTKORTIA. Proavia Paterna altera TELESIA Kirchhofin/ cujus Pater fuit BARTOLDUS Kirchhoff/ Coſ. Roſtoch. Mater MARGARETHA KELLERMANNIA. Proavus Maternus unus JACOBUS CLINGIUS, Coſ. Confluent: Cujus Pater LUDOVICUS CLINGIUS, etiam Coſ. Confluent. Proavus Maternus alter JOACHIMUS Crohn/ Senat. Roſtoch. cujus Pater fuit BERNHARDUS, Avus HENRICUS Krohn/ Coſſ. Roſtoch. Mater MARGARETA Dreweſſen/ ARNOLDI Haſſelbecken Dreweſſen Coſ. Roſtoch. F. Proavia Materna altera AGNETA SMIDIA Dn. LAURENTII SMIDII Philoſ. M. & Senatoris Roſtoch. ex MARGARETA Berchholtin/ F. & BRANDANI Smides/ Coſ. Wiſmarienſis ex AGNETA Grotkortin N. Hujus AGNETÆ SMIDIÆ Sorores duæ MARGARETA & REGINA nuptæ fuere DAVIDI CHYTRÆO & SIMONI PAULI Theol. ſui temporis incomparabilibus, qui unà cum D. CONRADO Beckern/ itid. Theol. & tribus JCtis D. FRIDERICO Hein/ D. LAURENTIO Neubaur/ & præmemorato D. BARTHOLOMÆO CLINGIO primi Aſſeſſores Conſiſt. Duc. hujus, anno 1571. inſtituti, à Sereniſſ. Duc. Mechlen.

vocati

vocati fuere. Orbata Matre Anno 1600. 14. April. Patre 1608. d. 8. Maji educata eſt apud Avum & Aviam Maternos, poſt quoq; Patruos JOACHIMUM & BALTHASAREM Hanen Patrit. Roſtoch. Nupta primum Anno 1616. 3. Id. Maji D. THOMÆ LINDEMANNO JCto & Anteceſſ. Com. Pal. Conſil. Archiep. Brem., Duc. Mekl. Brunſvvic. Duciſſ. Crov. aliorumq; Principum & Civ. hujus Syndico. Ex hoc feliciſſimo Conjugio mater facta 1. JOACHIMI LINDEMANNI primum Eccl. Petro-Paulini, pòſt Archid. Marian. Conjugio fideliſſ. juncti 1. ELISABETHÆ Geiſmarin HENRICI Geiſmars Civ. Primar. & præfect. Æd. Jacob. & MARIÆ Gerdes matronæ quondam Pientiſſ. F. Avia ex hac P. d. duorum N. quorum unus in ipſo partu, Alter ſtatim poſt Baptiſmum exſpiravit: 2. EVÆ Goldſteins/ JOHANNIS Phil. M. Paſt. Nicolait. & Superint. Roſt. Opt. Merit. P. M. & Matre fœmina Pientiſſ. DOROTHEA Alwards adhuc ſuperſtite, cujus hodie Maritus Vir Pl. Rever. & Clariſſ. Dn. M. REMBERTUS Sandhagen/ Paſtor Nicolaitanus, qui patris vices implet. Avia ex hoc conjugio Nepotum MARIÆ ELISABETHÆ, JOHAN JOACHIM, DOROTHEÆ MARGARITÆ, THOMÆ ALBERTI, EVÆ, DOROTHEÆ AGNETÆ, JOACHIMI, JOANNIS, quos inter tres adhuc ſuperſunt, filiæ duæ MARIA ELISABETHA, EVA, & unicus puerulus JOACHIMULUS, hos Jehova clementer adoleſcere ſinat.
II. MARGARETHA ELISABETHA nupta MARTINO Steinhauſen J. U. L. & Coſ. Wilſt. Avia ex hac VII. Nept. (1) MARGARETHÆ Steinhauſen/ Juncta Rev. & Doctiſſ. Viro BALTHASARO Bodenburg/ Paſtori Zysbyenſ. prope Ekelford. in Holſat. Proavia ex hac 4. Pronepotum. 2. ELISABETHÆ Steinhauſen 3. DOROTHEÆ Steinhauſen. 4. AGNETÆ Steinhauſen/ elocatæ Ampliſſ. & Prudent. Viro JOHANNI MATTHIÆ Senat. & Secretar. Schleſvvic. ex quo proav. duorum pronepotum. 5. ELISABETH DOROTHEÆ Steinhauſen. 6. CHRISTINÆ Steinhau-

ſen/

ſen/ 7. ANNÆ Steinhauſen. *III.* AGNETÆ Lindemans/ *quæ in ipſo flore Virgo occidit.* *IV.* JOHAN FRIDERICI Lindemans *primùm à Vexillis equeſtribus in Exerc. Sveciæ, pòſt Negot. in Holſat. florentiſſ. cujus Conjux fuit* GESA Everdes *Viri integerrimi* HARTVVIGI *Negot. Holſat. Fil. Avia ex hoc 6. Nepotum* 1. METTÆ Lindemannin / 2 THOMÆ Lindemans/ 3. HARDWIGI FRIDERICI Lind. 4 BERNHARDI Lind. 5. ELISABETH. DOROTHEA Lind. 6. JOHANNIS DAVIDIS Lindemans. *V.* JOHAN-DAVIDIS Lindemans *Tribun. Mil. in Exerc. Svec. qui mortuus & ſepultus Warſchov. in Polon.* *VI.* ALBERTI Lindemans *Adoleſc. ingenioſ. educati & mortui in ædibus fraternis Joch. Viduata P. D. noſtra Marito hoc Primo tum IIX. Magnif. Rectore Anno 1632. 14. April. tranſiit ad ſecundum Conjugium, nupta Anno 1635. 12. Febr. Nobiliſſ. Ampl. & Conſultiſſ. Viro* ZACHARIÆ Sithmann *J. U. D. & Adv. Mater facta liberor. duorum filii filiæq;, quorum hæc ſtatim in ipſo partu exſtincta; Ille nomine* ZACHAR. Sithmann/ *poſtquam artem marte commutaſſet, fuit à Vexillis equeſtribus in Exercit. Svec. junctus* ELISABETH Scheningen DAVIDIS *Neg. Stetin. F. Petri Meyen it. Negot. Stetin. relictæ Vid. Avia ex hoc unius Nepotis* ADOLPHI FRIDERICI, *qui paulò ante patrem hunc in vivis eſſe deſiit. Viduata & hoc compare ſecundo Anno 1638. 21. Febr. Tertium & ultimum nupſit Anno 1642. 2. Auguſt. Viro Nobiliſſ. Ampliſſ. Conſultiß. Dno.* ADOLPHO FRIDERICO von Hagen/ *J. U. D. & Advoc. Celeber. Conjugium hoc poſtremum duravit annis fere 25. Ubi prænominatus Maritus hinc Ann. 1662. Sverinum abiit, familiam ſola hîc ſuſtinuit, usq; ad Annum 1665. parcè ſatis & tenuiter. Ante ſesquiennium & quod excurrit, cum ſumptus ad ſuſtentandam familiã parum ſuppeterent, ædes ſuas avitas relinquere coacta, recepit ſe in domum filii ſui natu maximi pl. Rev. & Clariſſ. Dn.* JOACHIMI LINDEMANNI *ubi ei nuruiq; ſuæ*

*tran-*

*tranquilliſſimè, rariſſimo exemplo, ſummo cum animi prolubio convixit. Die hujus menſis 15. ex horto hæreditario reverſa domum, malè habere cœpit, morboq́; qui dicitur fuiſſe maligna febris, ingraveſcente, Medicis Cl. & Experientiſſ. D.* JOH. BACKMEISTERO *&. D.* SEBASTIANO WURDIGIO P.P. *& Celeberr. ſollicite uſa eſt. Verùm prævaluit manui medicæ, utut ſatis ſolerti, pertinax malum, ita ut d. 18. jam dicti menſ. ipſi ſupremus extiterit, circa horam 8. matut. poſtquam ante eodem mane, ſpretis omnibus curis mundanis & animo in reconciliationem maximè prono, præviâ devotiſſimâ confeſſione, à Dno. Confeſſionario Viro Pl. Reverendo & Excellentiſſimo* ENOCHO SWANTENIO *S. S. Theol. D. & Archid. Jacob. meritiſſ. refecta fuiſſet viatico cœleſti. Et ſic liberata malis injuriisq́; quibus vexamur hic, dum ſub cœlo ſumus, abundè pace fruitur æterna in cœlis beatiſſima anima, O bone JESU! quando & nos eximes his turbis? Veni! Veni! Amen!*

O Te nunc felicem demum, qui ex hac *dolorum* & *laborum* pleno ergaſtulo dimiſſa es, & ad illam quietem & gaudia perveniſti. I jam quisquis es, magnas ſpes finge, dies noctesque ſuda, nullis parce laboribus, ut omni rerum abundantiâ circumfluas. Poſtquã omnia conſecutus fueris, quæ in hoc mundo mortalibus arridere ſolent, ſubduc calculos, in unam ſummam collige ſingula: ſumma hæc excreſcet Moſaica, *Dolor & Labor.* Quod cum ſciamus, quæramus quæ ſurſum ſunt, ubi Redemtor noſter eſt, ad dextram Dei Patris ſedens. Faciamus id, *Academiæ* Cives honorati, & inter eundũ, dum defunctæ exuvias, in dormitorium ad horam I. hodiernam in templo Mariano reponendas, comitamur, Nobiſcum *dolores* & *labores* vitæ hujus conſideremus, & ſupernam ab his immunem anhelemus. Id ut ab omnibus fiat, amicè rogamus & hortamur.

P. P. Roſtoch. XXV. Apr. An. 1667.

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777523965/phys_0012

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777523965/phys_0013
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777523965/phys_0014
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777523965/phys_0015
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777523965/phys_0016
DFG

ſen/ 7. ANNÆ Steinhauſen. *III.* A [illegible] ndemans/
*quæ in ipſo flore Virgo occidit.* *IV.* [illegible] RIDERICI
Lindemans *primùm à Vexillis equeſ* [illegible] *rc. Svecia,*
*pòſt Negot. in Holſat. florentiſſ. cujus Co* [illegible] SA Ever-
des *Viri integerrimi* HARTVVIGI N [illegible] *Fil. Avia*
*ex hoc 6. Nepotum* 1. METTÆ Linden [illegible] THOMÆ
Lindemans/ 3. HARDWIGI FRIDE [illegible] 4. BERN-
HARDI Lind. 5. ELISABETH. DORO [illegible] nd. 6. JO-
HANNIS DAVIDIS Lindemans. [illegible] N-DAVI-
DIS Lindemans *Tribun. Mil. in Exerc* [illegible] *ortuus &*
*ſepultus Warſchov. in Polon.* *VI.* AL [illegible] demans
*Adoleſc. ingenioſ. educati & mortui in* [illegible] *nis Joch.*
*Viduata P. D. noſtra Marito hoc Prin* [illegible] *Magnif.*
*Rectore Anno 1632. 14. April. tranſiit a* [illegible] *Conjugi-*
*um, nupta Anno 1635. 12. Febr. Nobiliſſ* [illegible] *onſultiſſ.*
*Viro* ZACHARIÆ Sithmann *J. U.* [illegible] *Mater fa-*
*cta liberor. duorum filii filiæq́;, quorum* [illegible] *in ipſo*
*partu exſtincta; Ille nomine* ZACHAR [illegible] n/ *poſt-*
*quam artem marte commutaſſet, fuit à* [illegible] *ribus in*
*Exercit. Svec. junctus* ELISABETH [illegible] en DA-
VIDIS *Neg. Stetin. F. Petri Meyen it. Neg* [illegible] *ictæ Vid.*
*Avia ex hoc unius Nepotis* ADOLPHI F [illegible] *ui paulò*
*ante patrem hunc in vivis eſſe deſiit.* [illegible] *hoc com-*
*pare ſecundo Anno 1638. 21. Febr.* *Tertiu* [illegible] *m nupſit*
*Anno 1642. 2. Auguſt. Viro Nobiliſſ. Amp* [illegible] *ß. Dno.*
ADOLPHO FRIDERICO von Hage [illegible] *Advoc.*
*Celeber.* *Conjugium hoc poſtremum dur* [illegible] *e 25. Ubi*
*prænominatus Maritus hinc Ann. 1662. Sve* [illegible] *, fami-*
*liam ſola hîc ſuſtinuit, usq́; ad Annum 166* [illegible] *& tenu-*
*iter. Ante ſesquiennium & quod excurrit* [illegible] *s ad ſu-*
*ſtentandam familiā parum ſuppeterent, e* [illegible] *s relin-*
*quere coacta, recepit ſe in domum filii ſui n* [illegible] *ol. Rev.*
*& Clariſſ. Dn.* JOACHIMI LINDEMAN [illegible] *uiq́; ſuæ*
*tran-*